Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quidam de fratribus in passione fornicationis. et extendebat
intentione per abstinentie continentiam. ut non descenderet. in
mundis desideriis carnis. Post hec autem veniens die
dominico in ecclesiam que est in heremo monachorum. prostra
vit se in terram cum lacrimis coram omni multitudine
multitudine monachorum. et confessus est eis. quomodo pati
ebatur inpugnationem. Hec audientes sancti seniores.
et patres. preceperunt omni multitudini fratrum. ut
per totam septimanam amplius super consuetudinem ieiuna
rent. et vigilarent deprecantes dominum ac salvato
rem nostrum christum. ut effugaret demonem fornica
tionis ab eo. et extunc quievit omnis inpugna
tio a supra memorato fratre.

Sanctus abba macharius commonebat sepe discipu
los suos. et docebat eos dicens. Memento
te semper. quia ante conspectum dei omnipotentis.
conversamini. qui perspicit omnium hominum cogita
tiones. et singulorum corda scrutatur. quod et iam et
sancte scripture testantur. et apostolus docet et dicit.
Vivus enim sermo dei est. et efficax. et acutior omni
gladio ancipiti. et pertingens usque ad divisionem a
nime ac spiritus. et discretor cogitationum. et
intentionum cordis. et non est ulla creatura invi
sibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda. et aper
ta sunt oculis eius. Ideoque fratres si nos pulsaverit